De hymnis Orphicis

Bernhard Büchsenschütz

PRAECEPTORI

PRAESTANTISSIMO, DILECTISSIMO

ERNESTO FERDINANDO AUGUSTO

GYMNASII COLONIENSIS QUOD BEROLINI FLORET DIRECTORI

PIO GRATOQUE ANIMO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE

VOLUIT

AUCTOR.

Quum de hymnis Graecorum antiquissimis quaestionem instituissem, in ea quoque carmina incidi, quae Orpheo, celeberrimo remotissimi aevi poetae adscribuntur, atque de iisdem hoc loco pauca disserere in animo mihi est. Enarratione autem omnium, quae de genere, de patria, de aetate Orphei nobis traduntur, facile supersedere possumus; nam qui de his omnibus plura scire cupit, praeter farraginem quam Bode contulit [1]), Lobeckii librum de theologicae mysticae Graecorum causis summa cura et doctrina scriptum [2]) adeat. Neque tamen in hac re multis erroribus multisque falsis obscurata certi quidquam inveniri posse mihi videtur. Neque magis dilucidi atque clari aliquid de poematis ejus, quae huc pertinent, dici potest.

Hymni enim ejus certi quidam primo a Pausania IX, 30 commemorantur, dum inter antiquioris aetatis auctores nemo et inter recentiores ne Clemens Alexandrinus qui-

---

[1]) Bode Orpheus poetarum Gr. antiquissimus p. 47—134 et Hellen. Dichtkunst p. 87—130.

[2]) Lobeck Aglaophamus p. 255 sqq.

dem, qui ex antiquioribus hausit, in Orphicorum catalogo hymnos enumerat; quamquam Bode [1]) contendit e locupletissimorum scriptorum testimoniis apparere, hymnos potissimum cecinisse Orpheum, sed testimonia illa afferre neglexit; neque recte Tiedemann [2]) e Platonis verbis [3]) Orpheum hymnos cecinisse collegit, quod Lobeck [4]) demonstravit. Itaque vel illos hymnos, quos Pausanias vidit, recentiorem originem habuisse versimillimum est. Sed utut haec se habent, nec ex illis hymnis nec ex antehomericis, si qui olim fuerunt, reliquiae ad nos pervenerunt, nam hymni qui sub Orphei nomine hodie vulgo circumferuntur, temporibus ante Homerum orti esse nullo modo possunt.

Quamquam de aetate eorum alii aliter judicarunt, quorum sententias Godofredus Hermann [5]) dijudicat, atque ipse hos hymnos Argonauticis et Lithicis, quae sub Orphei nomine nobis servata sunt, antiquiores esse contendit, Tiedemannum secutus qui [6]) plerosque Onomacrito adscripsit. Rationes autem, quibus Tiedemann fretus hanc conjecturam fecit, nihili fere aestimandae sunt; atque si illi aetati, qua Onomacritus vixit, hymni nostri tribuendi essent, potius Orpheo Crotoniatae eos adjudicarem, quem Suidas epicum poetam Pisistrati aequalem nominat et scholion quoddam Tzetzis ad Aristophanis Plutum inter diasceuastas numerat, quos Pisistratus carmina colligenda

---

[1]) Orpheus p. 139.

[2]) Griechenlands erste Philosophen p. 36.

[3]) De legibus VIII p. 849 E.

[4]) Aglaoph. p. 390.

[5]) De aetate Argon. in edit. Orphei p. 676.

[6]) L. l. p. 83 seqq.

curare jussit [1]), nam pro hoc poeta nominis saltem similitudo stat, pro Onomacrito nihil [2]).

J. G. Schneider [3]) maximam hymnorum, quos nugas et hominis male feriati deliramenta nominat, partem variis ab auctoribus diversis temporibus post Christum natum censet confictam, argumenta autem, quibus hanc sententiam probet, accuratiora addere neglexit. F. Snedorf [4]) hos hymnos ex antiqua Orphicorum carminum collectione paullatim mutata exortos esse censet, quae collectio e carminibus diversorum poetarum diversis temporibus viventium ab incerto quodam fortasse post Christum natum conflata illi videtur. J. H. Voss [5]) novitatem horum hymnorum agnoscit, Bode autem [6]) nostram collectionem seriori aetate consarcinatam quidem, sed in singulis antiquiorum formam servatam opinatur. Lobeck [7]) denique hos hymnos omnes aevo Byzantino tribuit, dum F. A. Wolf [8]) hymnum sexagesimum secundum saltem secundo ante Demosthenem saeculo adscripsit. Propositum nunc nobis est, accuratius de his hymnis eorumque aetate inquirere.

Hymnos, de quibus agitur, Orpheo illi Oeagri filio attribuere Pausanias IX, 30, 5 nos vetat, qui hymnos

---

[1]) Ritschl die Alexandrin. Bibliotheken p. 4. Cramer Anecdota Paris. I. p. 3 seqq.

[2]) Cf. Lobeck Aglaoph. p. 397 seqq.

[3]) Analecta critica fasc. I. p. 57 seqq.

[4]) De hymnis Graecorum p. 51 sq.

[5]) Mythologische Briefe I. p. 31 seqq. II. p. 155, p. 202, p. 246 et saepius.

[6]) Orpheus p. 140.

[7]) Aglaoph. p. 396.

[8]) Prolegg. ad Homer. p. XLVIII nota 12.

Orphicos, eos nempe qui ab Orpheo antiquissimo poeta facti esse dicebantur, a Lycomidis in Eleusiniis decantatos paucos atque Homericae dictioni simillimos fuisse contendit, quorum neutrum in nostros hymnos quadrat, nam et magnum horum numerum habemus, eosque nullum fere epicae dictionis vestigium praebentes, ut infra demonstrare conabimur. Atque ex iisdem Pausaniae verbis concludere necesse est, hos hymnos ipsius aetate posteriores esse; nam si illo tempore jam exstitissent, fieri non potuisset, quin subditicii non judicarentur, quum Lycomidae veros hymnos Orphicos asservarent; Lycomidarum autem hymnos cum nostris non congruere modo dixi. Hinc sequitur, nostros hymnos secundo saeculo post Christum recentiores esse. Clemens Alexandrinus in catalogo scriptorum Orphicorum [1]) hymnos non novit, qui multo post a Suida demum afferuntur. Atque Lobeck, vir diligentissimus et maxime literatus, cui facile credere debes, ante Joannem Diaconum, Tzetzas fratres et Lascarin in scriptoribus nullam illorum hymnorum mentionem se invenisse testatur [2]); quod casu factum esse, ut nullus ex iisdem versus citetur ab auctoribus, fortasse aliquis putet, at certe Proclus, qui multas alias Orphicorum reliquias nobis servavit, ne unum quidem versum ex his hymnis citat, quare infra quintum saeculum, aut si mavis, in hoc ipsum saeculum haec carmina removenda sunt.

Veram hymnorum aetatem melius quam eorum argumentum theologicum vel mythologicum, quod ex antiquioribus poetis receptum et in novam formam redactum esse

[1]) Stromat. I. p. 397.

[2]) Lobeck Aglaoph. p. 406.

potest, elocutionis et dialecti ratio fortasse demonstrare poterit, quae, quamquam et ipsa ex remotis saeculis repeti potest, tamen semper aliquod aevi signum continere solet. Tiedemannus quidem [1]) ex critica tantum mythologia magnum his hymnis eorumque aetati lumen affulsurum speravit, sed haec spes nulla mihi videtur, nam quamquam ipse Lobeck [2]) nostro poetae haud exiguam theologiae mysticae et Orphicae scientiam attribuit, tamen eundem minime clare et distincte de rebus divinis cogitasse facile e sequentibus intelliges. Idemque Tiedemann passim Pythagoreorum sententias et opiniones investigasse sibi visus est, passim in elocutione vel argumento recentioris aevi vestigia perspexisse putavit, sed neutrum clare indicavit certisve argumentis probavit.

Equidem omnes hos hymnos, quales nunc habemus, fontes enim e quibus poeta fortasse hausit, vel exempla quibus usus est, non moror hoc loco, ejusdem auctoris esse judico, nam certe maxima similitudo inter omnes intercedit [3]), ita ut non solum multitudo vocabulorum praecipue seriori aetate exortorum, in his carminibus saepissime repetatur, ut infra apparebit, sed etiam totus versus iterum positus sit [4]). Neque vero, etiamsi hic illic sententiae vel elocutionis ratio meliori aetate dignae videntur,

---

[1]) L. l. p. 85.

[2]) Aglaoph. p. 406.

[3]) Cujus rei exempla aliquot collegit Lobeck Aglaoph. p. 984 seqq.

[4]) Sic hymn. 15, 7 et 67, 11 coll. 32, 6 et 84, 3; εὐχὴ πρ. M. 53 et h. 30, 7; 15, 10 et 74, 4, fere iidem sunt 34, 7 et 52, 9; 44, 5 sq. et 53, 2 sq.; similes iterantur 61, 3 sq. et 69, 4 sq.; iidem etiam 20, 7 et 81, 7 sunt.

quam aliis locis, causa adest, cur in hanc aetatem referantur, quum in universum ob ingenii paupertatem, quam ubique fere poeta prodit, vix credibile sit, Graecos artis poeticae peritissimos in mysteriis sanctissimis tam mediocribus, ne dicam vilibus, carminibus usos esse. Quam arctis autem finibus hic poeta circumclusus sit, facile intelliges, si in prooemio intra paucos versus idem epitheton ἁγνὸς quinquies repetitum inveneris, cujus exempli similia multa in reliquis carminibus occurrunt, si expressiones quasdam et totos versus ex aliorum poematis desumtos deprehenderis, cujus rei exempla multa proferam, ubi de fontibus disputabo.

Atqui fortasse aliquis mihi multitudinem epithetorum objiciet, quibus poeta unumquemque deorum ornavit, et ex iisdem hanc sententiam meam infringere vel rejicere studebit, idque jure, si omnia quae his hymnis continentur, nostro poetae deberentur. Sed longe aliter res se habet. Quo diutius enim quoque accuratius hymnorum naturam contemplatus sum, eo magis mihi persuasum est, omnes non poetico quodam animi impetu progenitos sed e diversissimis omnium temporum carminibus consarcinatos esse, atque ita quidem, ut panni aliorum poematis avulsi aut pro similitudine compositi, versui adaptati et in novas formas redacti vario modo sint consuti aut omni ordine neglecto in acervum quasi congesti. Unde factum est, ut idem epitheton, idque non solum ornans sed dei naturam indicans, variis numinibus attributum sit, nam poeta qui unum tantum deum celebrat, pro varia cultus ratione vel pro rebus accedentibus illum eodem epitheto ornare potest, quod alius poeta aliam ob causam alii deo attribuit, Orpheus noster autem, qui omnia numina hymnis in myste-

riorum usum scriptis efferre studuit, Olympum in ordinem quendam, ut ita dicam, disponere debebat, ut suum quisque deorum locum certum haberet, nec alter alterius muneribus fungi juberetur. Quod nullo modo eum fecisse probabo. Ille enim ut mihi videtur, epitheta cujusque numinis, quae apud varios auctores invenerat, collegit iisdemque deum suum cumulavit id non respiciens, num eandem rem vel iisdem vel aliis verbis ter quaterque significaret, et epithetis, quae nullo discrimine facto compluribus numinibus indui poterant, in certam formulam redactis ad explendos versus et ad sententias conjungendas usus est. Sed ne temere haec dixisse videar, exempla paucissima, quorum numerum quicumque hymnos perleget facile augebit, proponenda mihi sunt. Epitheta *παγγενέτωρ* et *παγγενέτης* multa numina accipiunt; *κλειδοῦχος* est Diana (1, 5), Pluto *ὅς κατέχει γαίης κληῖδας ἁπάσης* (17, 4), Proteus *πόντου κληῖδας ἔχων* (24, 1), Eros *πάντων κληῖδας ἔχων* (57, 4); simili modo est Nox *χθονίη ἠδ' οὐρανίη πάλιν αὐτὴ* (2, 8), Uranus *οὐράνιος χθόνιός τε* (3, 5), Stellae *οὐράνιοι χθόνιοί τε* (6, 9), Natura *αἰθερίη χθονίη τε καὶ εἰναλίη* (9, 14), Curetes *οὐράνιοι χθόνιοί τε καὶ εἰνάλιοι* (37, 2) et Hecaten vocat *οὐρανίην χθονίην τε καὶ εἰναλίην* (*εὐχὴ πρὸς Μουσ.* 46). Quodsi exempla ejusdem rei repetitae quaeres, offeretur tibi Sol dictus *κοσμοκράτωρ* et *δεσπότης κόσμου* (7, 11 et 16), Jupiter *ἀστράπιος, βρονταῖος, κεραύνιος* (16, 9). Plurima autem, quae ab aliis poetis compluribus verbis de diis praedicata erant, in unum noster contraxisse mihi videtur, unde magna copia vocabulorum compositorum exorta est, quae saepissime singulari forma et argumento sunt, cujus rei unum tantum exemplum proponam *ὀλβιο-*

δώτης cum similibus, quod epitheton haud dubie ex Homericis *θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν* [1]) ortum est. Eandem ob causam fieri potuit, ut Nox *φιλοπάννυχος* (2, 5) vocaretur, quod epitheton ridiculum fere videtur Nocti appositum, eandem ob rem multa substantiva verbalia, quibus tota enunciatio in unum vocabulum contrahitur, in his carminibus inveniuntur, quae alias frustra quaeruntur [2]). Ut autem hymnis suis, qui collectis tantum epithetis, aridiores vel etiam molestiores auditoribus videri debebant, speciem quandam et splendorem adderet, vates noster epitheta simplicia augere et elatiora reddere studuit, quod optime ita effecturum se putavit, ut copiam verborum cum adjectivis *πὰν* et *πολὺ* compositorum fingeret. Horum vocabulorum, quae pleraque aut apud auctores mediocres et serioris aetatis solos aut apud meliores rarissime aut apud nullum alium inveniuntur, exempla proponendi infra occasio nobis fiet.

Quodsi mihi assentieris, Orpheum nostrum aliorum res compilasse, non mirum tibi erit, quod formae, quae epicae dialecto plane contrariae sunt, in his hymnis inveniantur, ut *συρικτὴς* (7, 11) [3]) et *διδυμάτοκος* (34, 1) [4]) doricae formae.

Ad aetatem horum carminum accuratius definiendam inquisitio in eorum indolem fortasse aliquid conferre po-

---

[1]) Homeri Odyss. *η*, 148. *ϑ*, 413.

[2]) Talia sunt: *γενέτωρ* et *παγγενέτωρ*, *παίκτειρα* et *συμπαίκτειρα*, *αὐγήτειρα*, *ὀλβιοδώτης*, *ὀλβιοδῶτις*, *ὀλβοδότης*, *ὀλβοδότις*, *ὀλβοδότειρα*, *ἠπιοδώτης*, *ὑπνοδῶτις* vel *ὑπνοδότειρα*, *μεθυδώτης*, *βιοδώτωρ* et multa alia.

[3]) Cf. Lobeck ad Phrynich. p. 192.

[4]) Cf. Theocriti Idyll. I, 25.

test. G. Hermann in dissertatione de aetate scriptoris Argonauticorum, quam ad calcem editionis Orphicorum adjunxit, ad aetatem indagandam imprimis numeros poematis respexit, atque ob id ipsum omnes mutationes, quibus hexameter temporibus succedentibus afficiebatur, docte enarravit. Inter eas praecipue caesuram trochaicam in quarto pede, productiones ob caesuram, hiatus et correptiones Atticas vocalium ante mutam cum liquida observavit et ex iisdem Argonauticorum scriptorem Nonno antiquiorem, Quinto Smyrnaeo recentiorem esse conclusit[1]). Quibus ex argumentis hymni quoque nostri Nonni carminibus antiquiores esse deberent, atque ita judicasse Hermannum putaremus, etiamsi eos Argonauticis vetustiores non censuisset, nam caesura trochaica in quarto pede raro invenitur[2]), nisi ubi caesuram verbum monosyllabum antecedit[3]) vel in quinti pedis syllaba prima caesura sequitur[4]); productiones ob caesuram aliquot insunt[5]); hiatum, qui excusari non posset, nullum inveni, correptionibus autem vocalium ante mutam cum liquida nihil frequentius est et in mediis et in extremis vocabulis[6]). Tamen his argu-

[1]) L. l. p. 692.

[2]) I, 7; XVIII, 13; XXI, 4; LII, 3.

[3]) IX, 29; X, 14; LVIII, 5; LXI, 9; LXII, 4; LXVII, 5; LXXXVI, 8.

[4]) LXIX, 2; LXXXIV, 5.

[5]) *Εὐχὴ πρὸς Μουσ:* 37 *μέγαν Ἀσκλήπιον* ob nomen proprium; X, 23 *οἶστρον ἐπὶ τέρματα;* XIII, 2 *ταυροφόνος ἱερότροχον* ob verbum tetrasyllabum; XIX, 5 *ἀστραπέα Δία;* XLIII, 3 *τράπεζαν ἰδὲ μυστήρια.*

[6]) In mediis vocabulis: IV, 3. 6; VII, 5. 6; VIII, 7; IX, 7. 26; XI, 1. 12; XVI, 5; XVII, 17; XVIII, 3. 8; XX, 1; XXI, 7; XXII, 3. 5; XXIII, 7. 8; XXVII, 10; XXIX, 7. 8; XXXIV, 16. 19;

mentis non necessario cogimur ad assentiendum, nam licet Orpheus noster morem poetarum Nonno antiquiorum servaverit, non necessarium est, eum ante Nonni aetatem scripsisse. Quis enim poetas posterioris temporis coegit, ut ea quae Nonnus in versibus componendis novaverat, imitarentur? Nemo certe. Quin etiam noster, qui antiquissimi vatis nomen sibi vindicare ausus est, summo opere studere debuit, ut ea quae tempori suo propria erant, celaret, et quantum potuit, antiquitatis colorem assequeretur. Quod optime in versibus componendis exsequi valuit, nam etsi ingenium disci emique nequit, ars versuum faciendorum vel ab homine mediocris indolis comparari potest, atque ob id ipsum non miraremur, si meliores etiam hymnorum versus essent. Tamen salva Hermanni sententia hymni quinto saeculo assignari possunt, quo Nonni carmina composita sunt et fortasse nondum imitationem latissimam effecerant. At melius ex verbis ipsis, in quibus temporis et ingenii vestigia celare multo difficilius est, aetatem indagari posse existimo; praesertim quum etiam versificatio non tam praestans sit, ut melioribus temporibus necessario adnumeranda sit, quod uno tantum versu probare volo negligentissime composito: *αἰθὴρ, ἥλιος, ἄστρα, σελήνη*

XXXVII, 5. 10. 21; XXXIX, 13; XLII, 4. 5. 6; XLV, 7; L, 12. 17; LVI, 8; LIX, 10; LXIII, 10; LXIV, 3; LXVIII, 7; LXIX, 6; LXXI, 4. 5; LXXII, 3; LXXIV, 6; LXXX, 2; LXXXI, 7; LXXXV, 3. 5; LXXXVI, 3. 4; in confiniis verborum: VIII, 5; IX, 5. 15. 25. 27; X, 7; XI, 2; XII, 9; XIII, 6; XV, 10; XVII, 3; XXI, 8; XXV, 3. 7; XXVI, 6. 12, XXVIII, 10; XXX; 2. XXXI, 6. 11; XXXII, 4. 7; XXXIV, 24; XXXV, 8; XXXIX, 14. 16; XLII, 8; XLIII, 7. 9; XLIV, 6; LI, 13; LII, 10; LIII, 3. 9; LV, 2. 3; LVIII, 5; LX, 5; LXII, 10; LXIV, 7; LXV, 7. 10. LXVI, 3; LXVII, 3; LXXII, 4; LXXIV, 4; LXXVI, 4; LXXXVI, 10.

φῶς ἀμίαντον (65, 6), ubi singulae voces cum singulis pedibus fere congruunt.

Insunt nonnulla, quae ab epico usu plane abhorrent, ut prior syllaba vocis *καλός* correpta (15, 10; 54, 16 et 24; 55, 4; 85, 8) *πάλι* et *ἔμπαλι* pro *πάλιν* metri causa abjecto *ν* (2, 10; 72, 5) dum alio loco (12, 3) *ἔμπαλιν* quoque occurrit, articulus saepe adhibitus, ubi epica ratio eundem non patitur [1]), nonnulla in declinatione [2]).

Seram aetatem carminum nostrorum deinde e multitudine verborum, quae apud hunc solum poetam inveniuntur, demonstrari posse arbitror. Quodsi enim hi hymni in initiorum usum, quibus summa veneratio erat, scripti fuissent, dubitari non posset, quin alii quoque poetae iisdem expressionibus, iisdem epithetis ad deos celebrandos usi essent, quemadmodum factum est Homericis; nisi forte haec omnia sanctiora quam quae vulgentur lepidus aliquis fuisse contendit. Hujusmodi sunt haec verba:

In prooemio *σκυλακῖτις* v. 49 cf. 35, 12.

In hymno II. *πολύυπνος* v. 4. *ληθομέριμνος* v. 6. *νυχαυγής* v. 7 et 14 cf. 70, 8. *παίκτειρα* v. 3. *ἱκετηρίς* v. 13 cf. 12, 9 et 33, 27.

---

[1]) *τὸ δικαιοσύνης μέγ' ὄνειαρ* prooem. 14. *τὸ Στυγος ἀγλαὸν ὕδωρ* ib. 19. *τὸν ἐναρμόνιον δρόμον* 7, 9. *τὸ περίδρομον ὄμμα* ib. 14. *τὸ κριθὲν* 9, 24. *τὰ πάντα* 9, 28 et 54, 5. *Ζεὺς ὁ κεράστης* 10, 12. *τὸ βαθύῤῥοον ὕδωρ* ib. 14. *ταῖς σῇσιν προνοίαις* ib. 19. *τὸ σὸν κράτος* 18, 19. *τὸν ἀπείριτον αἰθέρα* 33, 11. *τὸν τριετῆ κῶμον* 52, 5. *τῶν ἀδίκων* 61, 9 et 69, 5. *τὸ πεπρωμένον ἦμαρ* ib. 11. *τὰ δέοντα* 62, 4. *τὸ συνειδός* ib. 5. *τὸ σὸν ζύγον* ib. 6. *τὸ πλέον* ib. 10. *ἀντολίαις ταῖς σαῖς* 77, 5. *τὴν σὴν ὄψιν* ib. 8. *τὸν γλυκὺν ὕπνον* ib. 9. *τὸ βλάστημα νέον* 78, 2. *τὸ καλὸν* 85, 8. *τῶν δὲ κακῶν* ib. 10. *τοῖς δὲ κακοῖς* ib. 13.

[2]) Hujus rei nonnulla exempla attulit **Lehrs** in Seebode Archiv für Philologie anni 1825, II. p. 238.

III. *παγγενέτωρ* v. 1. *αἰολόμορφος* v. 7 et alibi saepissime. *νεοφάντης* v. 9.

IV. *μέρισμα* v. 2. cf. 10, 16.

V. *ᾠογένης* v. 2. *πολυόργιον* v. 4. *ῥοιζήτωρ* v. 5 cf. 7, 6. *ἀπαμαυρόω* v. 6.

VI. *περιθρόνιος* v. 4. *ἐπταφαής* v. 8.

VII. *ἀστραρχή* v. 10. *κυκλοέλικτος* v. 11. *αἰολόδεικτα* v. 12. *δεῖκτε, φιλονάματε* v. 16. *πιστοφύλαξ* v. 17.

VIII. *αὐγήτειρα* v. 5. *καταυγάστειρα, ἠλεκτρίς* v. 6. *χαριδῶτις* v. 9 cf. 54, 9.

IX. *παντοκράτειρα* v. 4. *δεινοκάθεκτος* v. 6. *κομίστρια* v. 16. *αὐξίτροφος* v. 17 cf. 50, 12. *λύτειρα* v. 17 et 31, 13. *ὡριάς* v. 19. *κινησίφορος* v. 21. *πάνρυτος* v. 23. *ἀλλοτριομορφοδίαιτος* ibid. *βαρυβρεμέτειρα* v. 25.

X. *φιλένθεος* v. 5 et 21. *ἀντροδίαιτος* v. 5 et 21, 3. *αὐξήτης* v. 11 et 14, 8. *ἀντροχαρής* v. 12 et 50, 5. *πολύκριτα* v. 18.

XI. *παντοδυνάστης* v. 4.

XIII. *ἱερότροχον* v. 2. *τυμπανόδουπε* v. 3. *φιλοιστρομανής* ibid. *λυτηριάς* v. 8. *ἀερόμορφος* v. 11 et 15, 1; 80, 6.

XIV. *παντογένεθλος* v. 7 et 15, 4; 57, 6. *παντοτινάκτης* v. 8. *ἀστράπιος* v. 9.

XV. *ψυχοτρόφος* v. 3 et 37, 22.

XVI. *χαλκοτόρευτος* v. 2. *ἁλίδουπος* v. 4 et 57, 7. *κυμοθαλής* v. 5. *χαριτώπης* ibid.

XVII. *πλουτοδοτῶν* v. 5. *ἀγλαότιμος* v. 17.

XVIII. *ὑψίβρομος* v. 1. *παννέφελος* v. 4. *ὀρθοέθειρος* v. 8.

XIX. *παταγόδρομος* v. 3. *ἠεροφεγγής* v. 2.

XX. *ὀμβροτόκος* v. 2 et 81, 5. *δροσοείμων* v. 6 et 50, 6.

XXII. *κυαναυγέτις* v. 1.

XXIII. *χοροπαίγμονες* v. 2. *φρίκιαι* ibid. *θηρότυπος* v. 5 et 38, 3; 53, 8. *ὑδρόδρομος* v. 7. *ποντόπλανος* v. 8 et 74, 6 cf. *ποντοπλάνητος* 37, 5.

XXIV. *ἐγκατέθηκε* active v. 6.

XXV. *παντολέτειρα* v. 2. *παντρόφος* ibid. *πολύσεπτος* v. 6. *αὐξιθαλής* v. 3 et 39, 10; 55, 6; 66, 5.

XXVI. *τυμπανοτέρπης* v. 11. *συνόμευνος* v. 12. *βιοθρέπτειρα* v. 13. *φίλοιστρος* ibid. et 31, 9; 35, 5.

XXVII. *πτηνοπέδιλος* v. 4. *κερδέμπορος* v. 6.

XXVIII. *ἐρατοπλόκαμος* v. 5. *ἁρπαγιμαῖος* v. 14.

XXX. *ῥομβητής* v. 2. *χρυσιλύρης* v. 3.

XXXI. *ὁπλοχαρής* v. 6 et 64, 2. *φυγόλεκτρος* v. 8. *ὁρμάστειρα* v. 9. *ἱππελάτειρα* v. 12.

XXXII. *εὐδύνατος* v. 1.

XXXIII. *σπερμεῖος* v. 3 et 39, 5. *τοξοβέλεμνος* v. 6. *ἀστροόμματος* v. 13. *πολύκρεκτος* v. 16. *τυπῶτις* v. 26.

XXXV. *κυνήγετις* v. 5. *φιλάγροτις* v. 6. *νυκτεροφοῖτος* ib. *κλεισίη* v. 7. *ἀρσενόμορφος* ibid. *δρυμονία* v. 12.

XXXVIII. *ἀποπαύστωρ* v. 3. *ἐρημόπλανος* v. 4.

XXXIX. *σταχυοτρόφος* v. 3. *σωρῖτις* v. 5. *ἀλωαίη* ibid. *ἱεροθαλλής* v. 17.

XLI. *λύσιον* v. 4 et 49, 2.

XLII. *παντόχροος* v. 4. *περικυκλάς* v. 5.

XLIV. *ταυρομέτωπος* v. 1.

XLVIII. *θόασμα* v. 6.

XLIX. *ῥηξίχθων* v. 5 et 51, 9. *φιλάλυπος* v. 7.

L. *αὐλωνιάς* v. 7. *εὐάστειρα* v. 8 et 68, 1. *πετρόρυτοι* v. 9. *κρουνιτίδες* ib. *παιωνίδες* v. 14. *εἰαροτέρπης* ib.

LI. *νεβριδόστολος* v. 10.

LII. *χλοόκαρπος* v. 8 et 57, 6.

LIV. *ζεύκτειρα* v. 3. *γονιμώδης* v. 19.

LV. *δακρυότιμος* v. 6. *ὡριόκαρπος* v. 11. *ἱμερόνους* v. 8.
LVI. *ὑπνοδῶτις* vel *ὑπνοδότειρα* v. 8.
LVIII. *πάγγεος* v. 8.
LXIV. *βροτοκτόνος* v 2. *δολοδοῦπε* v. 3.
LXVII. *πολυθάλμοις* v. 1. *φερόλβιος* v. 2 et 63, 12.
LXVIII. *ἐπευάζω* v. 6 et 78, 9. *ὀφιοπλόκαμος* v. 12; 69, 10.
LXIX. *φοβερώψ* v. 8.
LXXIII. *πελαγόδρομος* v. 5.
LXXV. *ὀρθοδότειρα* v. 5. *καθηγήτειρα* v. 6.
LXXVII. *ἀγγελίεια* v. 3.
LXXVIII. *νυκτιπόλευτος* v. 7.
LXXIX. *κρυμοπαγής* v. 2. *ὀμβρηγενής* v. 4. *θαλεροόμματος* v. 5.
LXXX. *κουφόπτερος* v. 6.

Jam vides quantam multitudinem insolitorum vocabulorum in unoquoque fere hymno invenire possimus, quibus accedunt multa, quae praeter nostrum tantum apud recentissimos auctores occurrunt, imprimis apud Nonnum [1]) et Manethonem [2]).

Haec copia vocabulorum recentium cum magna multitudine vocabulorum et expressionum, quae ex Homero et

---

[1]) Ejusmodi sunt: hymn. Hecat. 7 *οὐρεσιφοῖτις* Non. Dion. 9, 76; hymn. II, 3 *ἀστεροφεγγής* D. 1, 465; h. III, 1 *παγγενέτης* Joann. 1, 106; h. XI, 4 *πολύλλιτος* J. 16, 97 cf. Maneth. 6, 741; h. XXXI, 10 *πολεμήτοκος* D. 4, 425; 13, 338; 27, 2; h. XLVIII, 1 *εὐάς* Dion. 19, 108; 40, 226; h. LII, 7 et LV, 5 *κυκλάσιν ὥραις* Joann. 11, 33; 12, 6; *τελεσσίγονος* h. LII, 10 et Nonn. Dion. 8, 179.

[2]) Ejusdem rei exempla nonnulla haec sunt: Hymn. V, 1 *αἰθερόπλαγκτος* Maneth. 4, 9; h. VI, 8 *ἠερόπλαγκτος* Man. 4, 509; h. XX, 1 *οὐρανόπλαγκτος* Man. 4, 623; h. XXXV, 3 *πασιφαής* Man. 3, 346; h. L, 4 *σκολιόδρομος* Man. 4, 478; h. LXIX, 6 *κυανόχρωτος* Man. 1, 327.

Hesiodo, theologorum principibus et ex aliis poetis desumta sunt, conjuncta et hoc modo opus musivum confectum est, quod omnium fere temporum ab Homero usque ad Nonnum proprietates exhibens ridiculum adspectum praebet, qui negligentia augetur, qua auctor materiam magis in acervum conjecit, quam ordine disposuit.

Homeri haec sunt:

In prooemio: *Ποσείδαον γαιήοχε κυανοχαῖτα* v. 5. Od. ι, 528. *Φερσεφόνη θ' ἁγνή* v. 6 et *ἁγνῆς Φερσεφονείης* h. 23, 11 cf. *ἁγνὴ Περσεφόνεια* Od. λ, 386. *Ἄρτεμι τ' ἰοχέαιρα* v. 7. Il. ε, 51. Hesiod. Theog. 14. *ἤιε Φοῖβε* v. 7. Il. ο, 365, υ, 152. *καταχθονίων βασιλεῦ* v. 12 cf. *Ζεὺς καταχθόνιος* Il. ι, 457. *ὑπείροχε* v. 12. Hymn. Hom. 12, 2. *μένος ἠύ* v. 13. Il. ρ, 456, υ, 8, ψ, 524, ω, 442. Od. β, 271. *μέγ' ὄνειαρ* v. 14. Od. δ, 444. Hesiod. Op. et D. 41, 348, 824. *αἰγιόχοιο Διός* v. 16. Od. ζ, 105 et saepe; *θαλερὴν παράκοιτιν* v. 16. Il. γ, 53, η, 60. *Λητώ τ' εὐπλόκαμον* v. 19 cf. *ἠύκομος Λητώ* Il. α, 36 et Od. λ, 318. *Παλλάδα τ' ἐγρεμάχην* v. 38. Hymn. Cerer. 424. *τε πρόπαντας* in fine versus 38 cf. *τε προπάσας* eodem loco Il. β, 493.

Hymn. in Hecaten *εἰναλίην* v. 2. Od. δ, 443. *κροκόπεπλος* v. 2. Il. θ, 1, τ, 1. Hes. Theog. 273, 358. *ἀγαλλομένην* v. 4. Il. β, 462. Od. ε, 176. *ἀμαιμάκετον βασίλειαν* v. 5 cf. *Χίμαιραν ἀμαιμακέτην* Il. π, 329. *κεχαρηότι θυμῷ* v. 9 cf. *χαῖρε δὲ θυμῷ* Il. ξ, 156.

Hymn. 1. *κλῦθί μοι* v. 1. Il. α, 37 et saepe. *πολυώνυμε δαῖμον* v. 1. Hymn. Cerer. 18 et 32. *ἀγανόφρον* v. 3. Il. υ, 467. *θαλίαις γέγηθας* v. 6. cf. *τέρπεται ἐν θαλίῃς* Od. λ, 603.

II. *ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν* v. 1. Il. α, 334. *μάκαιρα* v. 3. Hymn. Apoll. 14.

III. *παναίολος* v. 7. Il. δ, 186.

IV. *ὑψιμέλαθρον κράτος* v. 1. cf. *αὔλιον ὑψιμέλαθρον* Hymn. Mercur. 103, 134, 309. *πανδαμάτωρ* v. 3. Il. ω, 5.

V. *μακάρων θνητῶν τ' ἀνθρώπων* v. 3 et 25, 1 cf. *θεῶν ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων* 13, 9. *θεοῖς ἠδὲ θνητοῖς ἀνθρώποις* 57, 3. *ἀθανάτων τε θεῶν ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων* 40, 2. *ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν θνητῶν τ' ἀνθρώπων* 82, 2 et *μακάρων πάντων θνητῶν τ' ἀνθρώπων* cf. *οὔτε θεῶν μακάρων οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων* Od. ι, 521.

VI. *μαρμαρυγεῖς* v. 11. Od. θ, 265. Hymn. Apoll. 203. *ἐννύχιοι* v. 11. Il. φ, 37.

VII. *ἀκαμάς* (*ἥλιος*) v. 3 et 11, 9. cf. *ἠέλιον ἀκαμάντα* Il. σ, 239, 484.

IX. *ἀδάμαστε* v. 3 et 11, 2. Il. ι, 158.

XI. *βρύων* v. 2. Il. ρ, 56. *τοξότα* v. 5. Il. σ, 385. *νύκτα μέλαιναν* v. 11. Il. κ, 297. *θελκτήρια πάντα* v. 14 et eodem versus loco Il. ξ, 215.

XII. *δεσμοὺς ἀῤῥήκτους* v. 4. Od. κ, 274 sq. *ἀπείρονα* v. 4. Od. α, 98. *αἰῶνος* v. 5. Il. χ, 58. *ναίεις κατὰ* v. 8. Il. β, 130. *ἀγκυλομῆτα* v. 9. Il. δ, 59. *φέριστε* v. 9. Il. ρ, 123 *καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος* v. 6. Il. ε, 769.

XIII. *πότνα Ῥέα* v. 1. cf. *πότνα θεὰ* Od. v. 301. *ἱερότροχον ἅρμα τιταίνει* v. 2. cf. *εὔτροχον ἅρμα τιταίνων* Il. μ, 58. *Ζηνὸς ἄνακτος Ὀλυμπίου* v. 4. Od. β, 68. *γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν* v. 10. Il. ο, 36. *κτεάτεσσιν* v. 13. Od. ξ, 115.

XVI. v. 1 idem totus est qui Od. ο, 528. *ἔχων χείρεσσι τρίαιναν* v. 2. Il. μ, 27. *ῥοῖζος* v. 5. Il. π, 361 ubi

feminini generis est; *τινάσσων* v. 5. Il. *υ*, 57. *ἁλμυρὸν ὕδωρ* v. 5. Od. *ε*, 100.

XVII. *λειμῶνα βαθύσκιον* v. 2. cf. *κευθμῶνα βαθύσκιον* Hymn. Merc. 229. *σκηπτοῦχε* v. 3. Il. *β*, 86. Od. *β*, 231. *πολυδέγμων* v. 3. Hymn. Cerer. 17, 31, 430. *πυλαὶ Ἀΐδαο* v. 15. Il. *ε*, 646.

XVIII. *πυρσαυγέα κόσμον ἑλίσσων* v. 1. cf. *πυραυγέα κύκλον ἑλίσσων* Hymn. Hom. 8, 6. *φλεγέθουσαν* v. 4. Il. *φ*, 358. *νεφέεσσι καλύπτων* v. 7. Od. *ι*, 68. *ὃν πέφρικε* v. 13. Il. *ω*, 775. *παμφανόωσα* v. 13. Il. *β*, 458. *πτήσσουσι* v. 14. cf. Od. *ξ*, 364, 474, *σμαραγεῖ δὲ κεραυνός* v. 15. cf. Il. *φ*, 198 sq. *διαῤῥήξας* v. 16. Il. *μ*, 308. *ἀργῆτα κεραυνόν* v. 17. Il. *θ*, 133. *ὀρέων κορυφῆσι* v. 17. Il. *β*, 456.

XXI. *κυανόπεπλον* v. 2. Hymn. Cerer. 319. *ἄνασσαν* v. 2. Il. *ξ*, 326. *εὔτροχα* v. 2. Il. *θ*, 438 *κυμαίνουσαν* v. 2. Od. *δ*, 425. *κύματα μακρά* v. 3. Od. *ε*, 109. *νεφέων ἐρεβεννῶν* v. 7. Il. *χ*, 309.

XXIII. *νυμφαὶ καλυκώπιδες* v. 1. Hymn. Vener. 284. *πολυδαίδαλος* v. 8. Il. *γ*, 358.

XXVII. *Μαιάδος υἱέ* v. 1. Hymn. Mercur. 1. *διάκτορος ἀργειφόντα* v. 3. Od. *α*, 84 et saepe; *ἐριούνιος* v. 8. Il. *υ*, 72. *ἐργασίαις* v. 9. Hymn. Merc. 484.

XXVIII. *κεχαρισμένα* v. 2. Od. *τ*, 397. *Ἀΐδαο πυλὰς ὑπὸ κεύθεα γαίης* v. 4. cf. 50, 2. Il. *χ*, 482. *Ἀΐδαο δόμους ὑπο κεύθεσι γαίης* Od. *ω*, 204. *ἐριβρεμέτου* v. 8. Il. *ν*, 624.

XXIX. *Διόνυσον ἐρίβρομον* v. 1. cf. 47, 2. Hymn. Hom. 26, 1.

XXXI. *ἔκγονος* femin. gener. v. 1. Od. *λ*, 236. *δῖα θεα* v. 2. Il. *κ*, 290. *ὄρεα σκιόεντα* v. 5. Il. *α*, 157. *φρένα τέρπεις* v. 5. Il. *α*, 474.

XXXIII. *ἑκήβολος* v. 6. Il. α, 14 et saepe; *ἑκάεργος* v. 7. Il. α, 147 et saepe; *φαεσίμβροτος* v. 8. Od. κ, 138. *ἀπείριτος* v. 11. Od. κ, 195. *ἀμολγοῦ νυκτός* v. 12. Il. λ, 173. *πολυήρατον* v. 23. Od. ο, 126.

XXXIV. v. 5 idem est ac Hymn. Hom. Apoll. 16.

XXXV. *ἐλαφηβόλε* v. 2. Hymn. Hom. 27, 2.

XXXVII. *Ἀρήια τεύχεα* v. 1. Il. ζ, 340. *οὐρανὸν ἵκει* v. 11. Il. ξ, 60. *ὀλετῆρες* v. 14. Il. σ, 114. *βαθυδίνης* v. 17. Od. κ, 511. *δένδρεα ὑψικάρηνα* v. 18. Hymn. Ven. 265. *δρῦες ὑψικάρηνοι*.

XL. *ἀγαυὴν Περσεφόνειαν* v. 5. cf. 45, 6. Od. λ, 213, 326.

XLI. *εὐστεφάνῳ Κυθερείῃ* v. 7. Od. ϑ, 288, σ, 193.

XLIV. *καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν* v. 6. Od. μ, 386. *τετιμένε πᾶσι θεοῖσι καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν* v. 5. sq. cf. *οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσιν* Il. ω, 533.

XLV. *ἐυστεφάνου Ἀφροδίτης* v. 3. Od. ϑ, 267. *φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσιν* v. 7. Il. υ, 347.

LII. *νύμφαις εὐπλοπάμοισιν* v. 2. cf. *νύμφῃ εὐπλοκάμῳ* Od. α, 86. *εὐζώνοισι τιθήναις* v. 6. cf. *εὐζώνοιο τιθήνης* Il. ζ, 467.

LIV. *φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη* v. 1. Il. ε, 375 et saepe; *παρθένοι ἀδμῆτοι* v. 25. cf. *παρθένος ἀδμῆς* Od. ζ, 109, 228.

LV. *Τάρταρον ἠερόεντα* v. 10. Il. ϑ, 13.

LVI. *εὐιέρῳ ῥάβδῳ θέλγων ὑπνοδώτιδι πάντα καὶ πάλιν ὑπνώοντας ἐγείρεις* v. 8. cf. *ῥάβδον τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει ὧν ἐθέλει τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει* Od. ε, 47 sq.

LVIII. *καλυψάμεναι ὀθόνῃσι* v. 7. Il. γ, 141. *νιφόεντος Ὀλύμπου* v. 12. Il. σ, 616.

LX. *πάντ' ἐσορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις* v. 8. Il. γ, 277. Od. λ, 109.

LXI. πεπρωμένον ἦμαρ ἐπέλθῃ v. 11. cf. μόρσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ Od. κ, 175.

LXII. οἱ ἀρούρης κάρπον ἔδουσιν v. 14. Il. ζ, 142.

LXIV. τειχεσιπλῆτα v. 2. Il. γ, 31, 455.

LXV. ἀκάματον πῦρ v. 1 et 12. Il. ο, 597 sq. et saepius.

LXVI. θανάτοιό τε κῆρας v. 4. Il. β, 302.

LXVIII. Στύγιον ὕδωρ v. 4. Od. ε, 185. Il. ο, 37.

LXXVII. ὕπνον ἀπὸ βλεφάρων v. 9. cf. Od. υ, 54.

LXXXII. Ὠκέανον θεῶν γένεσιν v. 2. Il. ξ, 201, 302. v. 4 idem est qui Il. φ, 196.

LXXXIV. ὁπόσα τρέφει εὐρεῖα χθὼν v. 5. Il. λ, 741. αὐτοκασίγνητος θανάτοιο v. 8. cf. Il. ξ, 231.

LXXXV. οὖλε ὄνειρε v. 1. Il. β, 8.

Ex Hesiodeis haec sumpsisse videtur:

In prooemio: προφερεστέρη ἐστὶ ἁπασέων v. 2. Theog. 79, 361. Ζεῦ βασιλεῦ v. 3. Theog. 886. ἀφρογενής τε θεά v. 11. Theog. 196. ἡδυέπεια v. 36. Theog. 965, 1020.

Hymn. in Hecaten: χθονίη v. 2. Theog. 697, 767. κουροτρόφον v. 7. Theog. 450. οὐρανίην χθονίην τε καὶ εἰναλίην similia de Hecate dixit Hesiodus Theog. 413 sqq. 427. βουκόλῳ v. 9. cf. eadem de re Theog. 444.

Hymn. VII. αὐτοφυής v. 3. Theog. 813.

XII. ποικιλόβουλος v. 2. Theog. 521.

XVI. πόντοιο θέμεθλα v. 3. cf. Theog. 816. βαρύκτυπος ἐννοσιγαῖε v. 4. Theog. 818.

XVII. Ζεῦ χθόνιε v. 3. cf. Διὶ χθονίῳ Op. et D. 467.

XVIII. στεροπὴν φλεγέθουσαν v. 4. cf. κεραυνοῦ φλεγέθοντος Theog. 846. πρηστῆρας v. 5. Theog. 846. ἀνίκητος v. 9. Theog. 489. αἰθαλόεντος v. 12. Theog. 72.

XIX. ἐρισμάραγος v. 1. Theog. 815.

XXII. πεντήκοντα κόρησιν v. 2. Theog. 264. πυθμὴν πόντου v. 4. Theog. 932.

XXXI. μουνογενής v. 1. Theog. 426, 448.

XXXIII. χρυσοκόμης v. 9. Theog. 947.

XXXIV. Φοῖβόν τε καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν v. 3. Theog. 918.

XLII. Εὐνομίη τε Δίκη τε καὶ Εἰρήνη πολύολβε v. 2. cf. Theog. 902.

LIV. ἐπήρατον εἶδος v. 27. Op. et D. 53.

LVI. ἑλικοβλεφάρου Ἀφροδίτης v. 4. Theog. 16.

LIX. Ἀγλαΐη θαλίη τε καὶ Εὐφροσύνη v. 3. cf. Theog. 907.

LXXV. v. 8—10 iidem sunt ac Theog. 77—79.

Praeterea etiam nonnulla inveniuntur aliis poetis propria, praecipue iis qui magna loqui solent, atque ex his pauca tantum exempla afferam, quia ad finem perducere hanc inquisitionem intricatam nondum potui. Huc pertinent Pindari: ἐλάσιππος h. 2, 7. Pyth. 5, 85. τετράορον ἅρμα h. 7, 19. Pyth. 10, 65. θεότιμος h. 26, 1. Isthm. 5, 11. ἀπροσόρατος h. 38, 2. Olymp. 2, 74 et Aeschyli σελασφόρος h. 4, 5. Eumen. 976. ἅρμα διώκων h. 16, 5. Pers. 84.

Ex his intelligi potest, quomodo noster aliorum poetarum copia verborum usus sit, eademque ratione argumenta hymnorum eum compilasse verisimillimum est. Videamus igitur, quid in singulis hymnis cum doctrina quae etiam alibi Orpheo tribuitur, congruat, qua in re Lobeckii disputationes sequemur, qui [1]) omnia contulit, quae de Orphicorum mythologia dici possunt.

Hecate, quae prima celebratur, eadem est, quae Diana, sicuti Orphici quoque docuerunt, qui vel Proserpinam cum eadem dea conjunxerunt; eodem spectat apud nostrum

---

[1]) Aglaopham. pag. 465 seqq.

illud *τυμβιδίη ψυχαῖς νεκύων μέτα βακχεύουσα*[1]) et epitheton *δᾳδοῦχος*[2]). Reliqua attributa, quibus hoc numen ornatur, aut nihil proprium significant et ad extollendam deam tantum apponuntur, aut cum vulgari mythologia congruunt, quae Dianae venationis et morborum pestiferorum curam tribuit. Proserpina, Jovis et Cereris filia a Platone rapitur ab Oceani oris, ut Orphici, ex Attica, ut noster tradidit[3]). Proserpinae filias fuisse Furias et noster et Orphici docuerunt[4]), filium Dionysum, quem noster Eubuleum alii Zagreum vocant[5]). Praeterea filiam ejus noster attulit Melinoen, eamque sicut Dionysum e Jove conceptam[6]). Proserpina nostro poetae dea veris est, quae ubi ex Tartaro ad superos escendit, cum Horis Gratiisque ludit[7]), auctumnali autem tempore in Tartarum redit[8]). Haec doctrina ad Italos ducere videtur, a quibus Libera sanctissime colebatur[9]). Proserpinam autem verno tempore ex Tartaro provenire vetus mythus est, quem jam in hymno Homerico[10]) invenimus. Denique Proserpinae a nostro vocatur *Πραξιδίκη*.

Mater quoque Proserpinae, Ceres a nostro *χθονίη* dicitur, quae doctrina Cererem cum inferis conjungens

[1]) Hymn. in Hecat. 3.

[2]) Hymn. 35, 3 Lob. Agl. p. 545.

[3]) Hymn. 17, 14 seq. Lob. Agl. p. 546.

[4]) Hymn. 28, 6; 69, 3 Lob. Agl. p. 547.

[5]) Hymn. 28, 8; 29, 6 Lob. Agl. p. 547.

[6]) Hymn. 70, 3.

[7]) Hymn. 28, 9 et 12 sq.; 42, 7 sq.

[8]) Hymn. 28, 14.

[9]) Plutarch. de Iside c. 69: *τοὺς πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦντας ἱστορεῖ Θεόπομπος ἡγεῖσθαι καὶ καλεῖν τὸν μὲν χειμῶνα Κρόνον, τὸ δὲ θέρος Ἀφροδίτην, τὸ δὲ ἔαρ Περσεφόνην.*

[10]) Hymn. in Cererem v. 401 sqq.

Orphicis propria erat[1]). Cererem autem et *'Ανταίαν* noster eandem deam fecit[2]), sed alii quoque Cererem et Rheam, quae *'Ανταία* vocatur[3]) inter se commutaverunt[4]). In hymno, qui Urano dedicatus est, nil invenimus nisi quod a quocumque poeta de coelo dici potest.

Hymnus in Aetherem magis ex philosophis physiologicis quam ex mysteriorum vatibus argumentum sumsisse videtur. Praeterea ab Orphicis recedit, qui e Chrono Chaos et Aetherem exorta esse docuerunt, dum noster elementum mundi Aetherem nominavit[5]).

Jam venimus ad numen, quod principium omnium rerum esse nomen ipsum indicat, ad Protogonum. Ex ovo natum eum esse noster dicit Orphicos secutus, qui Chaos in ovi formam transiisse atque inde Protogonum ortum esse tradiderunt[6]). Nomina eidem data sunt praeterea Phanetis, Ericapaei[7]), Priapi et Antaugis, quae cum Sole eidem communia sunt[8]); Orphici autem a Phanete Solem procreatum esse docuerunt, quod idem noster innuit[9]).

---

[1]) Hymn. 39, 12. Lob. Agl. p. 241.

[2]) Cf. Hymn. 39 et 40.

[3]) Teste Suida et Schol. Apoll. Rhod. I, 1141.

[4]) Lob. Agl. p. 1225 sq. et p. 537 sq.

[5]) Lobeck Agl. p. 472 sq. Hymn. 4, 4 *κόσμου στοιχεῖον ἄριστον.*

[6]) Hymn. 5, 2 Lob. Agl. p. 474 sqq.

[7]) Hymn, 5, 4 et 8 Lob. Agl. p. 479 sq. Quid nomen Ericapaei significet, nondum constat, quamquam alii aliter hoc vocabulum explicare studuerunt. Cf. Gesner ad Orphei hymn. 5, 4. Creuzer Symbolik I. p. 308. Lobeck Aglaoph. p. 479. Fortasse ex verbis semiticis אֶרֶךְ אַפַּיִם deducendum est, quo epitheto Ebraeorum Jehova saepe ornatur. Cf. Exod. 34, 6. Numer. 14, 18. Proverb. 15, 18; 16, 32.

[8]) Hymn. 5, 9 Lob. Agl. p. 497 sq.

[9]) Homn. 5, 6 sqq. Lob. l. l.

Sequuntur hymni in Solem et Lunam, utrumque secundum Orpheum a Phanete progenitum[1]); noster autem Solem et Paeanem idem numen esse dicit[2]), et Solem Apollinemque eundem esse et Orpheus et alii docuerunt[3]), neque inauditum est, Soli Jovis nomen tribuere[4]). Soli imperium mundi mandatum esse Orphici quoque innuerunt[5]). E reliquis quae huic hymno insunt, facile intelliges, quantillum noster sibi constet, nominat enim Solem *γενέτορα νυκτός* (v. 4) ex vulgari praedicandi ratione, quam fugere debebat, quum Noctem alio hymno deorum et hominum originem diceret[6]). Simili modo Solem *χρόνου πατέρα* vocat, quod epitheton etiam Herculi tribuit, dum Orphici Chronum omnium rerum principium esse voluerunt[7]). Praedicamenta autem quaedam, ut *δεῖκτα δικαιοσύνης* et *ὄμμα δικαιοσύνης* vel *πιστοφύλαξ* Christianorum dogma maxime olere mihi videntur. Quomodo denique *αὐτοφυής* vocari possit Sol (v. 3) non video, quum Orphici aliud omnino docerent; nisi Phanetem hic intelligere volumus, quod eo mirabilius esset, quia paulo post idem *γενέτωρ νυκτὸς* vocatur, Orphici autem Phanetis uxorem fuisse Noctem tradiderunt.

De Luna nihil fere praedicatur, quod quemlibet alium poetam dedeceat, nisi illud *θῆλύς τε καὶ ἄρσην*[8]) quod unde deductum sit, ignoro.

---

[1]) Lob. Agl. p. 496 sqq.
[2]) Hymn. 7, 12.
[3]) Lob. Agl. p. 79, 111, 614.
[4]) Hymn. 7, 13 Lob. Agl. p. 79.
[5]) Hymn. 7, 11 et 16 Lob. Agl. p. 497.
[6]) Hymn. 2, 1.
[7]) Hymn. 11, 3 Lob. Agl. p. 407 sq.
[8]) Hymn. 8, 4.

In hymno Stellis dedicato dignum relatu maxime videtur, stellas esse *μοιριδίους, πάσης μοίρης σημάντορας ὄντας*, nam illa *ἀστρομαντεία* quae nostro ob oculos versatur, seriorem aetatem indicat.

Jam venimus ad hymnum *Φύσεως*, quae ingenti numero epithetorum exornata tam latam atque vagam notionem praebet, ut dici non possit, quemnam locum hoc numen in mundo obtineat, nam in idem omnia fere conferuntur, quae de diis cunctis praedicari queunt. Illa *Φύσις* omnia creat, auget, ornat, regit, terminat; coelo, terrae, mari inest, genita ipsa non est, at omnia genuit. Ab Orphicorum doctrina tale numen plane abhorrere mihi videtur, sed nostro aptissimum erat, in quod buccis inflatis omnia congereret, quae sibi obvenerant.

Hymnus in Panem primo eundem quasi universum praedicat [1]) nomen expliciturus, quam ob causam Pan etiam idem esse qui Protogonus ab Orphicis traditur, idemque noster indicare videtur, quum Panem *φαεσφόρον* nominet [2]). Mirabiliter autem cum Apolline confunditur, nam non modo nomen *Παιάν* accepit, sed etiam harmoniam mundi fidibus canit [3]), quod negotium Soli supra datum erat [4]). Hae sententiae magis ex Pythagoreis quam ex Orphicis sumtae videntur, sicut etiam *Δώριος διάκοσμος* in quem Apollo ordinem mundi miscet [5]) eodem ducit. Reliqua quae ad Panis vim creatricem pertinent, a vulgari opinione non recedunt.

---

[1]) Vers. 1—3, 12—19.

[2]) Lob. Agl. p. 487.

[3]) Hymn. 10, 11 et 6.

[4]) Hymn. 7, 9.

[5]) Hymn. 33, 18.

Hercules nostro idem fere qui Sol videtur esse, quum nonnulla epitheta hoc significantia utrique data sint. Cum *Χρόνῳ* hic quoque conjungitur, et certamina ejus duodecim zodiaci signa indicant, quod utrumque etiam ab Orphicis traditur [1]). Singulariter Herculi denique Paeanis negotium datum videtur [2]).

Jam sequuntur dii, qui Saturni tempore et postea mundum tenuere. Saturnus ipse ejusque uxor Rhea parentes omnium deorum dicuntur [3]). Saturnus est *γαίης βλάστημα καὶ οὐρανοῦ* secundum vulgarem theogoniam [4]), cui summa omnium rerum cura tribuitur. Rhea, quae, ut jam supra dixi, cum Cerere confunditur, a nostro Coeli et Terrae origo vocatur [5]), unde perspicere possumus, quanta negligentia ille omnia, quae obvia erant, collegerit, qui antecedenti hymno Saturnum *οὐρανοῦ καὶ γῆς βλάστημα* vocavit, quibuscum Rhea Terrae parens parum consentit. Rhea eadem est ac Phrygum magna mater, quare sicut illa tympanis crotalisque adhibitis colitur, atque leonibus ad currum alligatis vehitur [6]). Phrygum autem cultus ad Orpheum nihil attinet. Eadem dea vocatur *Ἱστίη*, quae ipsius Saturni filia est [7]). De Vesta autem nihil memoratu dignum praedicatur, nám domorum protectricem eam esse, etiam vulgo credunt [8]).

---

[1]) Hymn. 11, 3; 11 et 12; Lobeck Agl. p. 485.
[2]) Hymn. 11, 14 seq.
[3]) Hymn. 12, 1; 13, 9.
[4]) Hymn. 12, 6. Hesiod. Theog. 137.
[5]) Hymn. 13, 10.
[6]) Hymn. 13, 3 et 26, 11; 13, 2 et 26, 3.
[7]) Hymn. 26, 9; 83, 1 Hesiod. Theog. 454.
[8]) Hymn. 83, 2. Homer. Hymn. 24, 4.

Huc pertinere Oceanus quoque videtur, qui a nostro sicut ab Orphicis *θεῶν γένεσις* vocatur[1]). Uxor ejusdem Tethys est, utrumque numen in vulgari mythologia notissimum.

Saturni et Rheae filius est Jupiter, cujus custodes Curetes sunt[2]). Nihil quod ad Orphicorum doctrinam solam spectet, tribus hymnis, quibus Jupiter celebratur, inest. Juno aqud nostrum sicut alibi aerem inferiorem significat, ob eandemque causam vocatur mater nubium, quibus et ipsis hymnus vicesimus dicatus est.

Jovis filiae sunt Proserpina, de qua jam supra diximus, et Pallas Athena, armis et artibus clara. Noster eam *Γοργοφόνον* vocat, auctorem nescio quem secutus, nam vulgo Perseus Gorgonem occidisse traditur, et *Φλεγραίων ὀλέτειραν γιγάντων,* qui secundum reliquos auctores Jovis fulmine icti sunt. Tertia Jovis filia est Diana[3]), de qua jam dictum est, quarta denique Venus secundum Orphicos, quae tamen a nostro *ποντογενής* vocatur[4]) atque cum Syria et Aegypto conjungitur, id quod ab Orphica ratione non abhorret, nam et Orpheus ipse vario modo cum Aegypto connectitur.

E filiis Jovis primus nominandus est Apollo e Latona natus[5]) idem qui Paean, et ut supra vidimus etiam cum Sole in unum coactus. Ex hymno qui Apollini dedicatus est, optime perspicere possumus, qua ratione noster carmina composuerit. Apollo enim nominibus ornatur, quae

---

[1]) Hymn. 82, 2. Lob. Agl. p. 487.

[2]) Hymn. 37, 21. cf. Lob. Agl. p. 515.

[3]) Hymn. 35, 1.

[4]) Lobeck Agl. p. 542. — Hymn. 54, 2.

[5]) Hymn. 34, 3.

e diversissimis terrae regionibus petita in eundem cultum conferri non possunt; sic nomine Lycorei Pythii Delphici Delphis, Grynei in Aeolide, Smynthei in Troade, Delii in Delo, Branchii et Didymei in Milesia regione, Memphitae in Aegypto usitato cumulatur. Res quae vulgo Apollini tributae sunt, apud nostrum quoque inveniuntur. Alter Jovis filius ex Proserpina natus est Dionysus, qui ab Orphicis Zagreus vocatur [1]), hoc nomen autem apud nostrum non invenitur. Attamen aliam quoque matrem Dionysi noster indicat Semelen, idemque vocatur ἔρνος Ἀφροδίτης [2]) Orphicorum doctrina autem maxime Proserpinam innuere videtur. Dionysum Curetibus custodiendum traditum esse noster non tradit, sed eum a Sabazio Saturni filio femori inclusum in Tmolum ad Hippam translatum esse, eandemque Hippam Bacchi nutricem vocat [3]). Hippa et Sabazius quinam fuerint, non satis constat [4]), utrumque ad Phrygium cultum pertinere noster indicat [5]). Eodem referenda est Misa, quae tamen etiam Eleusina, in Cyprum, in Aegyptum delegatur [6]). Nutrices Bacchi denique Leucothea et Nymphae appellantur, ejusdem τιθηνὸς est Silenus, prius Palaemon [7]). Ipsi Baccho varia nomina tribuuntur: Eubuleus, quod nomen Phaneti datur, quocum Bacchus in unum coaluit, Λικνίτης, Βάσσαρος et Λύσιος [8]). Idemque sicuti Phanes Protogonus et Eri-

[1]) Hymn. 29, 6 sq. — Lob. Agl. p. 552.
[2]) Hymn. 43, 3; 45, 3.
[3]) Lob. Agl. p. 553 sq. Hymn. 47, 2—4; 48, 1.
[4]) Cf. Lob. Agl. p. 581 sq., 1046 sq.
[5]) Hymn. 47, 5 et 48, 5.
[6]) Hymn. 41, 6; ibid. verss. 5, 7, 10.
[7]) Hymn. 73, 2 et 50, 3; 53, 1 et 74, 1.
[8]) Hymn. 29, 6. Lob. Agl. p. 498. H. 45, 1; 51, 3 et 44, 2; 49, 8.

capaeus nominatur [1]), ita ut omne discrimen inter utrumque numen sublatum videatur. Cum Inferis eum conjunctum esse non solum mater ejus Proserpina, sed etiam cognomen *χθόνιος* indicat [2]). Zagreum a Titanibus occisum et discerptum [3]) noster non novit. Comites qui Baccho hic tribuuntur Nymphae, Sileni, Satyri [4]), etiam apud alios eodem munere funguntur. — Quonam sensu Adonis nomen Eubulei acceperit [5]) parum liquet.

De reliquis filiis, qui Jovi secundum mythos vulgares erant, nihil dicitur a nostro, nam Mars, Vulcanus, Mercurius pro Jovis prole habeantur necne nusquam apparet. Mars cum Bacchi et Cereris mysteriis conjungitur [6]) reliqua quae de eo praedicantur, a vulgari mythologia non recedunt. Vulcanus universum ignem, eamque ob causam etiam solem, lunam, stellas et aethera significat, corporibusque hominum inest [7]). Haec doctrina num Orphica fuerit, sciri non potest, quum non constet, quomodo homines factos esse cosmogonia Orphica contenderit [8]). Mercurius nuntius deorum, fraudis quaestusque protector, filius Maiadis, *Ἑρμῆς* autem *ψυχοπόμπος* Dionysi et Veneris filius dicitur [9]); e reliquis non apparet, num uterque idem numen sit.

---

[1]) Hymn. 51, 6.
[2]) Hymn. 52, 1.
[3]) Lob. Agl. p. 555 sqq.
[4]) Hymn. 50, 8; 53, 1 sq.; 53, 7.
[5]) Hymn. 55, 3.
[6]) Hymn. 64, 7 sq.
[7]) Hymn. 65, 1 et 6; ibid. verss. 9 et 13.
[8]) Cf. Lob. Agl. 579 sq.
[9]) Hymn. 27, 1; 36, 3 sq.

Tartari rex est Pluto, qui tertiam mundi partem sortitus est, nomine Eubuli et hic insignitus. Hic Proserpinam ex Attica rapuit [1]). Nihil praeterea memoratu dignum de eodem praedicatur, nisi quod totius terrae claves tenere dicatur [2]). Ad Tartarum deinde pertinent Eumenides tres, quae et *Μοῖραι* vocantur [3]), Plutonis et Proserpinae filiae, quarum est homines necessitate cogere et scelerum poenas sumere [4]). Praeter has autem *Μοῖραι* Noctis filiae celebrantur, quae in coeli limine habitant, atque una cum Jove fata hominum regunt eorumque facinora intuentur, quod idem munus *Δίκῃ, Δικαιοσύνῃ, Νεμέσει* et *Νόμῳ* adtribuitur [5]). Tartaro praeterea insunt Somnus et Mors [6]).

Tertiam mundi partem Neptunus tenet, in cujus regnum Nereus cum quinquaginta filiabus, Proteus, Leucothea et Boreas, Zephyrus, Notus venti delegandi sunt. Quae de his omnibus praedicantur, neque a vulgari mythologia recedunt, neque singulare quidquam praebent. Nereus quidem a Plutone et Oceano, seu potius ab ipso mari non satis discernitur, quum ipse *πέρας γαίης, ἀρχὴ ἁπάντων* vocetur, quae Oceani quoque attributa sunt [7]).

Quodsi his numinibus nonnulla minora ut *Νεφέλας* (hymn. 20), *Ἔρωτα* cujus potentia multis extollitur (57), *Χάριτας* Jovis et Eurynomes filias (59), *Ἀσκλήπιον* Apol-

---

[1]) Hymn. 17, 6; ibid. v. 12; ibid. verss. 13 seqq.

[2]) Ibid. v. 4.

[3]) Hymn. 68, 12; 69, 2 sq. Lob. Agl. p. 547.

[4]) Hymn. 68, 6; 69, 5.

[5]) Hymn. 58 v. 1, 2 sq., 10–14. In hymnis 61, 62, 60, 63.

[6]) Hymn. 84 et 86.

[7]) Hymn. 22, 4 coll. 82, 7 et 1, 7.

linis prolem (66), Ὑγιείαν (67), Τύχην quae et Ἄρτεμις et Εὐβουλῆος ἐκγεγαῶσα vocatur (71), Μούσας earumque matrem Μνημοσύνην, Ἠῶ adjunxeris, omnem deorum concionem, qualem noster convocavit, habebis.

Jam vides multa a nostro in carmina collata esse, quae Orphicae doctrinae propria fuisse alii auctores testantur, neque dubitandum est, quin alia quoque, quae aut cum vulgaribus mythis congruunt, aut ab iisdem abhorrent Orphicis attribuenda sint, quanquam testes de hac re nos deficiunt; alia autem ex aliis sive mythis sive mysteriis haud dubie huc translata sunt. Inepte quidem noster poeta multa numina ex theogonia Orphica sumpsit, quae in hunc usum adhiberi vix potuerunt. Ejusmodi omnes illi dei esse videntur, qui olim quidem mundi regnum tenuerunt, nunc autem a recentioribus diis expulsi nullam potestatem habent, propter quam initiati gratiam eorum quaerant. At ille nullo fere delectu facto omnia numina, et praecipue ea, quibus mystica quaedam vis naturalis inesse videbatur, invocavit, et ut solet magna loquens, celebravit. Unde factum est, ut variis numinibus tribuerit, quae uni tantûm propria esse potuerunt, cujus rei causam etiam facilius intelligimus, si diversis fontibus eum usum esse statuimus. Sic principium omnium rerum divinarum et humanarum ille posuit in Urano, in Jove, in Apolline, in Proteo, in Nereo[1]), ita ut clarum non sit, quemnam veterum physiologorum sequatur, qui universi mundi principium vel in aere, vel in igne, vel in aqua quaerebant. Quinque autem illa numina in unum cogi nullo modo possunt, nam Apollo Jovis filius, et uterque sicut Uranus a Nereo et Proteo

[1]) Hymn. 3. 2; 14, 7; 33, 15 et 54, 4; 24, 2; 22, 4.

diversissimus est. Nec melius perspici potest, quisnam deus, mundo creato, fuerit antiquissimus et aliorum deorum origo; nam *γένεσις μακάρων θνητῶν τ'ἀνθρώπων* est Ericapaeus, qui et *πρωτόγονος* vocatur [1]), sed Oceanus quoque est *γένεσις θεῶν, Κρόνος μακάρων τε θεῶν πατὴρ ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν, Νὺξ θεῶν γενέτειρα καὶ ἀνδρῶν* [2]), quae omnia non facile inter se consociabuntur, praesertim quum alia similia inveniantur; ut stellae vocantur *γενετῆρες ἁπάντων*, natura *πάντων πατὴρ μήτηρ τρόφος ἠδὲ τιθηνός*, Pan *γενέτωρ ἁπάντων*, Hercules *παγγενέτωρ*, de Venere dicitur *πάντα γὰρ ἐκ σέθεν ἐστίν* [3]). Haec omnia quae in eundem locum collata contraria inter se sunt, dum in variis carminibus de deorum origine compositis optimum habent sensum. Fontes autem e quibus noster hausit, diversissima fuisse nemo negabit, qui juxta copiam Homericorum, quam supra proposui, et Orphicorum, quorum aetas incerta relinquitur, etiam vestigia doctrinarum inveniet, quae recentissimo aevo conveniunt. Sic *πίστις* sensu minime antiquo commemoratur [4]), quae e Christianorum vel Neoplatonicorum libris irrepsisse videtur, nec minus Chaldaeorum astrologia, quae secundo quidem saeculo post Christum Graecorum animos occupavit, locum hic invenit [5]).

Sed jam facile omnes intellecturos spero, hanc farraginem theologicam neque unitatem habere, neque in initiorum usum unquam adhiberi potuisse. Ridiculum quidem esset, tantam deorum multitudinem in initiis invocare, sed

---

[1]) Hymn. 5, 3; 5, 1; 29, 2; 51, 6.
[2]) Hymn. 82, 2; 12, 1; 2, 1.
[3]) Hymn. 6, 5; 9, 18; 10, 10; 11, 6; 54, 4.
[4]) Prooem. 25. Hymn. 7, 17.
[5]) Hymn. 6, 6 seq.

magis ridiculum mihi videtur, in iisdem diversissimas de singulis diis doctrinas tradere, quare recte ii judicare videntur, qui hymnos nostros variis auctoribus tribuunt, ut Tiedemannus, qui non dubitavit alios Onomacrito et Pythagoreis, alios poetis recentissimi aevi diu post Christum natum adscribere[1]), tamen equidem sententiam quam supra de auctore proposui, tutandam suscipio. Quodsi enim nonnulla hymnis insunt, quae etiam in antiquissimis poetis inveniuntur, et insunt multa ut demonstravi, tamen necessarium non est, eos illis temporibus attribuere, quia nihil impedit, quominus recentior poeta ex antiquiore in suum usum transferat, quod sibi visum est; sin autem in his hymnis insunt, quae apud antiquiores inveniri nullo modo possunt, et haec quoque inesse probavi, necesse est, recentiori aetati eos adscribere. Itaque, quum Tiedemannus partem nostrorum carminum recentissimam judicet, nihil obstat, quominus etiam reliqua in idem tempus removeamus, dummodo probare possimus, omnes eundem auctorem habere. Argumenta quibus fretus Tiedemannus varios auctores esse contendit, haec sunt: carmina nostra non omnia ejusdem generis, sed partim ad incantationes, partim ad initiationes adhibita, partim veri hymni sunt; in aliis carminibus mystica, in aliis vulgaris mythologia inest; in eundem deum plura carmina eademque variae doctrinae composita sunt. Primum argumentum, etiamsi vera contineret, nullum est, nam cur idem poeta carmina ad varium usum facere non potuerit, equidem non intelligo, varietas autem mythorum non poetae sed fontibus e quibus hausit, attribuenda est, quare nemo mirabitur, quod

---

[1]) Tiedemann Griechenl. erste Phil. p. 77 sqq.

Orpheus noster epitheta, quae, quum ad varios ejusdem numinis cultus pertinerent, in unum hymnum conjicere non potuit, in plures distribuit, id quod ipsi tituli hymnis inscripti docent, qui exempli gratia unum hymnum *Διός*, alterum *Διὸς κεραυνίου*, tertium *Διὸς ἀστραπέως* esse praedicant.

In quem finem hice hymni compositi sint, quum in mysteriis nullus eorum usus fuisse possit, vix dicere audeo, quanquam verisimillimum mihi videtur, haec carmina aut ludos mediocris grammatici in scholae usum destinatos, quibus deorum praesertim absconditorum cognomina et munera, eaque mystica quadam specie praedita traderentur discipulis, aut a deorum antiquorum cultore quodam compositos esse, quibus numina collapsa contra Christianorum doctrinam sustinere studuit.

Haec sufficiant hoc loco; satis superque enim exsecutus esse arbitror quod mihi proposueram demonstrandum, hos hymnos non modo Homericae sed etiam meliori Graecorum aetati abjudicandos esse. Alia occasione oblata accuratius quam hic fieri potuit, hymnos disponere et unde quaeque ducta sint, exquirere studebo.

VITA.

Natus sum ego Albertus Bernardus Buechsenschuetz Berolini a. die VIII Idus Septembres anni MDCCCXXVIII patre Jacobo, quem jam ante hos decem annos morte mihi ereptum lugeo, matre Augusta e gente Seele, qua adhuc superstite gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae.

Primis literarum rudimentis imbutus anno MDCCCXLII in gymnasium Coloniense, quod rectore E. F. Augusto viro maxime reverendo Berolini floret, receptus sum, atque inde, maturitatis testimonio accepto anno MDCCCXLVIII in hanc Universitatem Fridericam Guilelmam me contuli, cujus civibus adscriptus sum Joanne Muellero Rectore Magnifico. Ibi per triennium scholis interfui philologicis quas habuerunt Boeckh, beat. Zumpt, beat. Lachmann, beat. Franz, Heise, Geppert, Hertz, A. Benary, philosophici, quas habuerunt Trendelenburg, Beneke, historicis Rankei, geographicis Ritteri et E. Curtii. Seminarii philologici exercitationibus, quas moderabantur Boeckh, Lachmann, Hertz per tria semestria sodalis ordinarius interfui.

His omnibus viris illustribus optime de me meritis gratias ago quam maximas, eorumque in perpetuum pio animo recordabor.